

Fr. Cimperman:

NEBO OBLAČNO SE ZJASNI — NE SPEM AMITTAS!

Nubibus obductus purgatus redditur aether
undaque limpida fit turbida cuncta prius.
Post tenebras tristes clarum iubar emicat axe,
temporibus veris solvitur acris hiems.
Spem ne perdideris, noli demittere mentem,
si cor tristitiae pergrave portat onus!
Non furvae possunt semper remanere tenebrae,
gaudia succidunt luctibus atque malis.

Ljubljana.

Vertit: S. Kopriva.

Fr. Prešeren:

MEMENTO MORI!

Est vitae spatium terricolis breve.
Quot notos tumulo pala iam humaverat!
Ditis perpetuo porta patet feri,
sed nullus liber est, qui memoret diem.

Non a morte legit candida nos cutis,
non auri cumulus funere liberat,
nec vitae vaga fur vertitur in fugam
seu lacto strepitu seu lyricis modis.

Iam secum reputet, qui levitatem amat
mundi, deliciis assidue fruens:
fatalis proprius semper adit dies!

Qui nunc ipsum hilaris cantat et integer,
fortasse in feretro vespere mortuus
clamabit tacitus: „Esto memor mori!“

Ljubljana.

Vertit: S. Kopriva.
